

Spicilegium Casinense complectens analecta sacra et profana
e Codicibus Casinensibus aliarumque bibliothecarum collecta
atque edita cura et studio monachorum s. Benedicti archi-
coenobii Montis Casini.

Tom. I. Typis archicoenobii Montis Casini MDCCLXXXIII. Vol. in fol. pagg.
CXIV praef. et proleg. et 466 textus.

Inter codices, quibus tabularium capituli Novarensis abundat, speciali dignus fuerat consideratione unus, qui grandis, membranaceus, conscriptus saeculo X., titulum habet: „Initium Synodi Chalcedonensis.“ Multi quidem doctissimi et celeberrimi viri variis temporibus codicem hunc in manus sumpserunt, minus vero observata eius gravitate eum reposuerunt. Ante annos tandem viginti, anno 1874, Milanensis sacerdos Guarinus Amelli, tunc alter e custodibus bibliothecae Ambrosianae Milani, adiens illud tabularium capituli Novarensis incidit in codicem, in manus illum sumpsit, examinavit, perlustravit illique, praeter suum laborem, quo occupabatur in nova editione operum s. Ambrosii, iuvenili studio et fervore operam dare coepit.

Codex continet collectionem ineditam novorum documentorum, excerptorum e scriniis apostolicis inter annos 530 et 535 factam a Dionysio Exiguo. In quibus documentis e saeculo quinto et sexto tractatur de negotiis ecclesiae orientalis eiusque persecutoribus, de s. Leone Magno, strenuo illo heroe invictoquoque defensore primatus sedis apostolicae, de haeticis Nestorio, Eutychete et Dioscuro eorumque condemnationibus.

Primam huius codicis mentionem atque illustrationem D. Amelli fecit in dissertatione de s. Leone Magno et Oriente habita 15. Junii 1882 in academia religionis catholicae Romae. Paulo post 1885 ordinem ingressus s. Benedicti in archicoenobio Montis Casini D. Ambrosius (quod nomen precibus enixis sibi impetravit) Guarinus Amelli, fungens nunc officio prioris et archivarii, nequaquam oblitus est codicis sui Novariensis, immo prolegomenis instructum hocce in volumine Spicilegii Casinensis in lucem edidit.

Ansam collectionis huius praebuit haeresis Eutyichiana. Documenta continentia historicam illius erroris haer. relationem videbantur esse deperdita, nunc vero e codice in prima parte Spicilegii sunt reposita, cuius tituli mentio iam supra facta fuit. Exinde praecedunt duae epistolae imperiales ad convocandum Chalcedoniam concilium, quod deinde ibidem habitum fuit. Sequuntur actus praeparationis ad concilium et commercium epistolarum inter s. Leonem Magnum et imperatorem Marcianum. Dein subsequuntur actus concilii Constantinopolitani, postea illi conciliabuli Ephesini, exinde alii synodi oecumenicae Chalcedonensis; appellationes s. Flaviani, episcopi Constantinopolitani, et Eusebii, episcopi Dorylensis, ad s. Leonem Magnum. Magni quoque pretii

est epistola s. Procli, patriarchae Constantinopolitani, ad episcopos Illyriae occidentalis scripta circa annum 436, hucusque inedita.

Mentionem specialemque observationem promerentur documenta tractantia de negotio successionis Felicis IV, Bonifatii II, sub quo schisma Dioscori coepit, et s. Agapiti I, quod omne hic melius aequiusque dilucidatur.

Quis autem fuit fortunatus ille anonymus collector? Concludit D. Ambrosius e quibusdam notis Cassiodori in codicibus Casinensibus: illum non esse alium, nisi monachum Seytham Dionysium Exiguum, quod luculentius deducitur. Tres has partes Spicilegii sequitur appendix variorum excerptorum e codicibus Casinensibus hucusque ineditis diversi momenti sive pro historia sive pro philologia. Pretiosum volumen concludunt varii et copiosi indices et quinque tabulae lithographicae.

Vere admiranda doctrina, industria et patientia monachorum Casinensium. Deus illos confortet illorumque studiis ac laboribus largissime benedicat!

S. N. Raigr.

Die Apocalypse des hl. Johannes

erklärt für Theologiestudierende und Theologen von P. Fr. Sales Tiefenthal, O. S. B., Capitular des Stiftes Einsiedeln, Professor im Colleg S. Anselm zu Rom. Mit kirchlicher Druckerlaubnis. Paderborn, Druck und Verlag von Ferdinand Schöningh. 1892. 8^o. S. VIII. 826. Pr. M. 16.

Das Perikopen-System der katholischen Kirche vernachlässigt die Apocalypse nicht. Lesungen aus derselben werden entlehnt an den Festtagen ss. Innocentium (c. 14, 1 s.), ss. Soteris et Caji (c. 19, 1 s.), Apparitionis s. Michaelis (c. 1, 1 s.), s. Emidii (c. 11, 13 s.), ss. Mauritii et soc. (c. 7, 13 s.) in Dedicatione s. Michaelis (c. 1, 1 s.), in Vigilia omnium Sanctorum (c. 5, 11 s.), in festo omnium Sanctorum (c. 7, 2 s.), ferner de Communi Martyrum tempore pasch. (c. 19, 1 s.), in Anniversario dedicationis Ecclesiae (c. 21, 10 s.). Missa de Angelis (c. 5, 11 s.), Missa quotid. pro defunctis (c. 14, 13). Der nicht so seltene Gebrauch dieses prophetischen Buches durch die Kirche legt es dem Priester nahe, sich mit dem Inhalte desselben bekannt zu machen. Zu diesem Zwecke bietet der vorliegende Commentar ein vortreffliches Hilfsmittel. Derselbe ist in einer klaren verständlichen Sprache geschrieben, führt den Leser in den Geist des hl. Buches unter Anlehnung an die alttestamentliche Prophetie ein und zeigt, welch' eine Fülle von Belehrung, Erbauung und Tröstung man aus dem so wenig gekannten hl. Buche schöpfen könne. Eben diese Vorzüge, sowie die wissenschaftliche Haltung des Commentar's machen denselben auch den Theologiestudierenden und Theologen, für welche derselbe zunächst bestimmt ist, wertvoll.